



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Mēmṛā d- īt bēh menjānā da-ktābē kaldājē `ēdtānājē
w-nukrājē**

‘Abdīšō’ Bar-Berīkā

Romae, 1653

Eminentissimo, Atqve Reverendissimo Principi Cardinali Antonio Barberino
S.R.E. Camerario ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-13525



EMINENTISSIMO,

ATQUE REVERENDISSIMO

PRINCIPI

CARDINALI

ANTONIO

BARBERINO

S.R.E. CAMERARIO

*Sacr. Cong. de Propag. Fide Præfecto, Ma-
gno Franciæ Eleemosynario, & Pi-
ctaviensi Episcopo Optimo.*



TVDIA melioris
ætatis meæ longo
aliarum rerum usu,
vel exculta, vel con-
firmata, tuo nomini consecra-
tum

tum venio, *Princeps Eminentissi-*
me. Cui enim potius inscribe-
 rem Opusculum in defensionem
 Catholicæ Religionis elucubra-
 tum, quàm Præfecto Sacrae Con-
 gregationis de Propaganda Fide?
 & ei Præfecto in quo eminēt ra-
 tiones illæ omnes, quas Scripto-
 res in suis Mæcenatibus deside-
 rant, generis splendorem, Pur-
 puram virtutibus illustriorem,
 quàm murice, Heroicam animi
 magnitudinem: quodq. apud iu-
 stos rerum æstimatores maius
 momentum habiturum est, egre-
 gium earum virtutum, quæ sum-
 mas Infulas decent, concentum?
 Excusarem exilitatem tributi, ni-
 si intelligerem, dona, quæ ma-
 gnis

gnis offeruntur Principibus, non ex eorum dignitate; sed ex voluntate offerentis aestimari. Nulla profectò penderent è tholis anathemata, si quaecunque coelitibus consecrantur, coelorum magnitudini ex æquo respondere deberent. Quamobrem sic mihi persuadeo, *Princeps Eminentissime*, Te, non solum pro innata benignitate; sed maximè pro eo ardore, quo flagras amplificandæ Religionis, haud grauatè eius Operis patrocinium esse suscepturum; quod, qualecumque appareat, ingentem librorum Orientalium Scriptorum, tamquam in exigua illa nuce, includit Iliadem, unde non exilia ad retundendam No-

ring

ua-

uatorum audaciam depromi poterunt argumenta. Illi enim cum suam causam cadere videant, a Græcis, Latinisque Patribus, & Scriptoribus ad Oriētales, Syros, Arabes, aliosq; prouocant, inde sibi quæritantes præsidium, unde perniciem metuere debent. Quam enim ex illis attulerunt hactenus auctoritatem, nisi prius eam penitus corruerint, mutilarint, aut in alienum extorserint sensum? Germanam verborum significationem, ut plurimum, non deprehendunt; ambigua, & obscura pro certis, & luculentissimis statuunt. Cum interim ea, quæ in clarissima luce versantur, quod ipsorum commenta radicatus

tus extirpent, omnino prætereant,
 neq; de illis ullam prorsus audeant
 facere mentionem. Sic suum ad-
 hibuit Eutyrium Alexandrinum
 Ioannes Seldenus; sic suos Au-
 ctiores Ioannes Henricus Hottin-
 gerus in historia Orientali; sic
 Georgius Calixtus; sic Ludoui-
 cus de Dieu; sic Cōstātinus l'Em-
 pereur; sic Claudius Salma-
 sius; sic alij. Quasi eadem fa-
 cilitate, qua peregrinam erudi-
 tionem inani ostentatione apud
 suos ementiuntur; eadem possent
 cordatis hominibus imponere, &
 inuitos, ac reluctantes Orienta-
 les in suas pertrahere partes. Sed
 utinam! *Princeps Eminentissime,*
 utinam! ingenuè ad Orientales
 pro-

prouocent isti, velintq. aliquando
 ad hoc certamen nobiscum veni-
 re. Discent profectò, discent,
 Orientales Scriptores, cuiuscun-
 que sectæ, multò acriùs Catho-
 licæ fidei firmamenta propu-
 gnare, quàm ipsi tentent con-
 uellere, eosq. potissimum expe-
 rientur aduersarios, quos errorũ
 suorum fautores esse contendunt.
 Quæ cùm ita sint, *Princeps Emi-
 nentissime*, facilè adducor, vt cre-
 dam, hoc Opusculum tibi gratum
 fore etiam priuatis nominibus.
 Testis enim est vniuersa Gallia,
 sincera virtutum tuarum admira-
 trix, quanta sollicitudine Picta-
 uensem Ecclesiam regas; quanta
 vigilantia lupoꝝ infidias dete-
 gas

gas, quanta abigas fortitudine ;
 quo animi ardore errantes oues
 ad Christi ouile reducas ; qua de-
 nique cura omne vigilantissimi
 Pastoris officium impleas. Omit-
 to insigne illud, quo nihil maius
 in honoribus Ecclesiasticis habet
 Gallia ; omitto, inquam, insigne
 illud Magni Franciæ Eleemosy-
 narij Munus, quod Eminentiaæ
 tuæ a Christianissimo, & Maxi-
 mo Regum Adeodato collatum
 est ea totius Regni approbatio-
 ne, vt tunc accepisse beneficium
 videretur, cùm conferebat. Tu
 igitur, *Eminentissime Princeps*,
 hoc meæ tenuitatis qualecumq.
 tributum a tuis studijs non abhor-
 rens serena fronte suscipe ; & ea
 ani-

animi facilitate, qua soles, pate-
re, vt hoc obseruantiaē meae mo-
numentum ita in luce tui nomi-
nis exeat, vt liceat mihi quo-
que in tuam clientelam admissō
de tanto patrociniō gloriari. Ego
autem interea tuorum in me be-
neficiorum memor Deum Opt.
Max. nunquam sollicitare preci-
bus desinam, vt diutissime te sa-
num, incolumem, ac felicem Ec-
clesiæ Catholicæ, ac literariæ
seruet Reipublicæ.

Eminentiaē tuæ Reuerendissimæ

*Humillimus, & obsequentis-
simus seruus.*

Abrahamus Ecchellensis.

PRAE-